indigni existere possint· quae uerbum salutis
percipiant· Qui enim non declinat prius a malo·
non potest facere bonum· Omne quippe inmunditia
& carnis & animę nuncupat· Malitia autem proprie
ad interioris hominis prauitatem respicit·
Suscipite inquit insitum uerbum· Id est uerbum
quod uestris cordibus praedicando inponimus· Vos discendo
suscipite· Quod potest saluare animas uestras·
Etiam si in corpore temptationes patiemini; et
a perfidis morte consumemini· Estote autem factores
uerbi & non auditores tantum &c̄· Sic & paulus
de legis cultoribus; non auditores legis iusti sunt apud
deum· sed factores legis iustificabuntur· Qui autem perspexe
rit in legem perfectę libertatis· gratiam dicit euangelii·
Nihil enim ad perfectum adduxit lex· Et alibi· Non enim
accepistis spiritum seruitutis iterum in timore·

& permanserit in ea: Legem perfectę libertatis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%2018 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%2018)